Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



47

aque abierunt in sicco fluuio. Quoniam memor fuit verbi sancti
sui quod habuit ad abraham puerum suum. Et eduxit populum suum
in exultatione et electos suos in letitia. Et dedit illis regiones
gentium et labores populorum possiderunt. Ut custodiant iusti
ficationes eius et legem eius requirant. Gloria patri. Sicut erat.

Confitemini domino quoniam bonus. Psalmus. Benedic anima mea domino.
Quoniam in sedem mea eius loquetur potentias domini.
auditas faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt iudicium
et faciunt iustitiam in omni tempore. Memento nostri domine in beneplacito
populi tui visita nos in salutari tuo. Ad videndum in
bonitate electorum tuorum ad letandum in letitia gentis tue
ut laudetur cum hereditate tua. Peccauimus cum patribus nostris
iniuste egimus iniquitatem fecimus. Patres nostri in egipto
non intellexerunt mirabilia tua non fuerunt memores
multitudinis misericordie tue. Et irritauerunt ascendentes
in mare mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen
suum ut notam faceret potentiam suam. Et increpauit mare
rubrum et exsiccatum est et deduxit eos in abyssis sicut
in deserto. Et saluauit eos de manu odientium et rede
mit eos de manu inimici. Et operuit aquas tribulantes
eos unus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis eius
et laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt obliti sunt opera eius
non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam
in deserto et tentauerunt deum in aquoso. Et dedit eis peti
tionem ipsorum et misit satietatem in animas eorum. Et irritauerunt
moysen in castris aaron sanctum domini. Aperta est terra
et deglutiuit dathan et operuit super congregationem abyron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum flamma conbussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in oreb et adorauerunt sculptile. Et
mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis
fenum. Obliti sunt deum qui saluauit eos qui fecit magnalia in